

LIBER PRIMVS

& generaliter oīum librorum qui de rebus aīali spectantibus a natura sola productis speculari. Nunc autem ad aīalium passiones transeundum est: q̄ non sola natura operante: sed arte subministrante efficiunt quādoq; . hæc autem sunt langor & sanitas. de quibus ī libro q̄ de langore & sanitate inscribit̄ determinatum est. quem librū tanq̄. ultimū in naturali scientia illi naturales postremo attingunt & ibidem desinunt qui medicinam adiscere nolunt: ad ulteriora non progredientes. a quo etiam libro prima medicīnæ suscipiunt principia naturales illi q̄ ultra naturalia medicā artē adiscere cupiunt. ea. n. principia in libro illo contermino tradita p̄cognoscentes: & tanq̄ lac ab ubere & cibū mollē ignari medicīnæ aptū sugentes ad ulteriora artis medicæ tanq̄ ad cibū grossum dentibus molendum iam leuiori cibo nutriti: oportune accedunt. de cuius libri ordine nunc est agendum.

Ordo libri de sanitate & langore & q̄ eum librum Aristoteles composuerit.

Caput. XVII.

Angor & sanitas ad certos usq; terminos physico res dōesticae sunt. sunt. n. uiuentibus anexe pprietas. nō enim morbus aut sanitas uita carentibus euenire ualent. quare cū physici sit plenā de uiuentibus trade re doctrinā: sua quoq; intersit de sanitate ac langore prima saltē docere principia hoc quoq; ex iis manifestum sit. nā rationales medici cū a naturali discedūt disciplina: mox sub medicīnæ p̄ceptis se offerunt: lepidissimi et philosophi naturales de medicina minie curantes: eo usq; p̄cedūt quo medicīnā attigerint. hæc enī quæ de rationalibus dixi medicis & lepidissimis physicis clare demōstrat̄ & q̄ utriusq; scientiæ quoddā ē cōterminū & q̄ utra p̄cipia medicīnæ a physico medicus mutuo accipiat q̄re sanitatis & lāgoris tractatio philosopho naturali usq; ad aliquē terminū necessaria est. Hæc aut tractatio in eo q̄ de langore & sanitate ab Aristotele expedita fuit. In cuius libri fidem tametsi nullum unq̄ uiderim cōpletū tractatum: nec aliquē de latinis aut arabibus seu græcis auctoribus legerim: qui hunc librū se uidisse dixerit ego tamen nōnulla huius libelli uerba: principii ordinentia: litteris scripta græcis post eū q̄ de morte & uita in exēplari quodā iuueni græco. q̄ infetius ponenda sunt. Accedit ad hanc ueritatē illud quoq; qd̄ in libro secundo de partibus aīalium scriptū inuenimus: dum de cerebro loqueret̄ (Sed de iis cū de morborum causis agitur diserere cōgruum est. uidelicet quo ad tractare de iis naturalis scientiæ interest. Huius et̄ testimoniū illud est qd̄ circa principia libri de cā longitudinis & breuitatis uitæ de hac tractatione sic scriptum est (De somno q̄dem igitur & uigilia dictum est prius: de uita aut & morte dicendū posterius: similiter aut de lāgore & sanitate: q̄tū adiacet naturali philosopho. Ex q̄bus oībus patet Aristotelē de sanitate ac langore p̄tractasse. liber at̄ eius seu eius libri p̄cipiū: & oē qd̄ de hoc uidimus sic se habet (ὡς περὶ τῆς υγείας καὶ νόσου σὺ μόνον εἶπες τὴν ἰατρικὴν ἀλλὰ καὶ φυσικῶν μέχρι τὸν ὥσπερ αἰτίας εἴπωρ δὲ διαφέρουσι καὶ τὰ διαφέροντα θεωροῦσιν οὐ δειλαίνουσαν εἰς οὐδὲν οὐδὲν δὲ συμμόρον ἢ πρᾶγμα τὰ μέχρι τῆς νόσου εἶπες τὴν μαρτυρεῖ τὸ γινόμενον τὴν τὴν σαρκατρικῶν οὐδὲν κομψοῖ ἢ περὶ ἐρσοῖ λεγούσιν τὰ ὡς περὶ φύσεως ἢ τὰς ἀρχὰς ἐκεῖθεν ἀξίον σὶ λαμβάνειν ἢ τὴν περὶ φύσεως πρᾶγμα τεύθεν τῶν οἰοῦντων εἶπες τὰ τῶν σκενῶν τὴν λεύτωσιν εἶπες τὰς ἀρχὰς τῆς ἰατρικῆς. Quod sic interpretatur) De sanitate aut & egritudine non solum medici uerū etiam physici usq; quid interest causas dicere. quatenus uero differūt: & quatenus differentia: speculari: latere nō oportet. Nā q̄ ea tractatio cōtermina sit usq; qd̄ testat̄ qd̄ fit. & n. medicorū q̄cūq; disertī curiosi ue dicunt: de natura dicunt: & illinc p̄cipia facienda putant. q̄cūq; uero de natura negociant̄: elegantissimi fere ad medicīnæ principia tractationem suā deponunt.) Hæc. n. sunt illa pauca q̄ de sanitatis & langoris causis post librū de morte & uita mox ī græcis exēplaribus scripta inuenimus. Ordo at̄ huius ē quoniam mox seq̄ ad eū q̄ ē de uita & morte. hoc priō patet ex iis q̄ ī fine libri de uita & morte: & ī principio libri huius per continuationē sic scripta re: un̄. (De uita igit & morte & q̄ ad hanc speculationē p̄tinet dictū ē fere de oībus. De sanitate at̄ & egritudine nō solū medici uerū et̄ physici usq; qd̄ interest cās dicere) Talis. n. horū librorū repta ē apud exēplaria græca scā cōtinuatio. Accedit ad hoc quoniam licet de sanitate ac lāgore uaria ac uario mō tractent̄ a medicis & a nāli philosopho: horū tamē doctrina cōtermina eē debet. igit̄ qd̄ physici erit finis. medicæ artis erit p̄cipiū. & hoc sensit Aristoteles cū post p̄fata subdidit (Quatenus uero differāt & q̄teno d̄ia speculari latere nō oportet. nā q̄ ea tractatio cōtermina sit usq; qd̄ testat̄ qd̄ fit) Quod at̄ hæc duæ scīæ cōterminæ sint: q̄ assumptū fuerat eo q̄ppe Aristo. demōstrat̄ mō: quo ī eo q̄ de sensu & sensibili demōstratū fuerat. dicens (Etenim medicorū q̄cūq; disertī curiosi ue d̄nt de natura dicūt. & illinc p̄cipia sumēda putāt. q̄cūq; uero de uatura negociant̄ elegantissimi fere ad medicīnæ p̄cipia tractationē suā deponūt.) Ex iis uerbis liq̄do patet tractationē de sanitate ac morbo usq; ad certos limites ipsi physico & medico cōterminā eē. q̄re cū tractatio de lāgore & sanitate usq; ad certos limites medius eorū sit cōterminus: ita ut cū naturales illud deuenierit. s. ad medicīnæ p̄cipia uia tractationē suam deponāt: & finiat̄ medici at̄ incipientes illic sua capiāt p̄cipia. hæc nobis clarissime demōstrat̄ libellū de sanitate & lāgore ab Aristotele factū: q̄ morbi ac sanitatis uia p̄cipia scrutat̄: seq̄ mox debere ad eū q̄ d̄ morte d̄ & uita. q̄ ē de iis q̄ ultio a sola nā aīaliū eueniūt. & eē iā initiū alterius artificis. s. medici: q̄ rōne utit̄. Nec obstat q̄ plātarū cognitio ad physicā doctrinā cōplemētū eā seq̄ p̄tē q̄ ē de aīalibus methodus. nā & si ad naturalis disciplinæ cōplemētū: plāta ip̄sæ post aīaliū cognitionē necessariæ sint: ad cognoscēda tū sanitatis ac lāgoris p̄cipia priā & cās priās: q̄ ī qlitatū ac elemētōrū humorūq; tēperie ac distēperie a nāli cursu cōsistūt: cuius cognitiōis officiū libro huic de lāgore & sanitate p̄tinet plāta ip̄sæ necessariæ nō sunt. neq; iter physicū & medicū cōterminē putari debēt. sed ea sola ps q̄ aīalibus attinet ipsi morbo & sanitati cōtermina eē debet. Plāta. n. cognitio a physico tradita sanitatis aut morbi causas nō docet intrinsecas & essentielles. quoniam hæc solæ animalibus intrinsecas eueniunt. hæc enim sunt elementorum ac humorū distemperantia & tēperies a p̄cipiis generatiōis & ab elementis extrinsecis & locorū mutatiōibus euenientes. quorum plantæ in nullo sunt p̄ticeps causæ. Ad hæc ī p̄cipio libri de cā lōgitudinis ac breuitatis uitæ ait. (De somno q̄dem igit & uigilia dictum est prius de uita autem & morte dicendum posterius. similiter at̄ de langore & sanitate quantū adiacet naturali philosophiæ. nūc aut de cā eius qd̄ est hæc quidem esse longæ uitæ hæc autem breuis. sicut dictum est prius. considerandum) per quæ

LIBER PRIMVS

uerba clare accipitur Aristotelem in superioribus de somno egisse & uigilia : in postremis disputaturum de morte & uita similiter de langore & sanitate, in presenti opusculo de cā longitudinis ac breuitatis uitæ. Quærendū igitur est quidnam intellexit cum dixit (similiter aut de langore & sanitate) si dixeris eū uoluisse locū qui est iter hunc de longitudine uitæ & eū qui de morte: imperfecta ac insufficientis sua fuisset propositio. cū illud medium plura capiat nec de illis pluribus locis in hoc præfato sermone aut inferius alicubi decernat. nā cū in hoc sermone proprium libri de morbo & sanitate locū nō determinasset: suū fuisset officiū per uerba sua in illo toto medio alicubi dearticulasse: sicuti de iuuentute & senectute & respiratiōe factū est. Nam cum in principio huius libri qui de causa longitudinis ac breuitatis ut dicitur nihil de iuuentute proposuisset. Huic defectui in fine libri præfati clare suppleuit, colligens. n. ea quæ de longitudine ac breuitate uitæ docuerat: mox subdidit (Reliquū aut nobis cōsiderare de iuuentute & senectute) Eodē quoque mō cū de respiratione nihil proposuisset: mox in principio libri de iuuentute & senectute de defectui suppleuit dicens (De iuuentute at & senectute & morte & uita nunc dicendum, simul autem & de respiratione necessarium fore causas dicere) A simili igitur cum de langore & sanitate nihil certi de loco proposuerit: ratio eū cogere debuit in illis intermediis alicubi eius desinisse locū. quā cum factum non sit: cogimur dicere per illa uerba (Similiter at de langore & sanitate) De iis similiter idest in postremis. s. post eum qui est de uita & morte: se fore per tractaturum. ita ut similitudo tracta per illud uerbū (similiter) circa illud uerbū uersetur quo dicitur (Dicendum posterius) Tanto magis ad hoc credendum cogimur: quanto nullus per oēs discurrendo limites sibi potest debitus assignari locus. Nam post eū qui est de longitudine uitæ. mox sequitur is qui de iuuentute & senectute dicitur. ut ex superioribus patuit. post hunc mox ille sequitur quod de inspiratione inscribitur. aut superius quoque ostensum est. Cæterum quod post hunc qui est de inspiratiōe sequatur ille qui est de morte & uita cum prius disputatis: sic accipito. cū. n. in eo de refrigerio plurima tractasse tā de ea quod per respirationē cū pulmone: quod per brācas ex aqua quæ respiratio uitā custodit: iis iam completis ad ea quibus respiratio intercipitur: qua interceptione mors incidit: iā discedere uolens in calce dictorum suo loco duas interserit causas. quibus animal refrigerio priuatur. in mortēque ruit. s. medii paucitatem ac membri refrigerationi seruientis in obedientiam. passione aliqua: uel senectute nimia siccitate lesi: qua lesione stante mox sequitur mors: dicens. (Et respirantia quidem in pauco aere & eodem suffocantur &c.) per hæc tangens modū ac mortis causam primā quod est continentis paucitas. & post hæc (Et non potentiū mouere: respirantiū quidem pulmone: aquatiliū aut brāchas: per passionem: aut per senectutē tunc accidit mors) per hoc tangens modum ac mortis causas. quæ est ex instrumētū refrigeratiui inobedientia. Postquæ statim tanquam ex prioribus cōcludens: mox libri principium de morte & uita subintulit dicens. (Est quidem igitur oībus animalibus cōgeneratio & mors.) Hæc. n. conclusio quæ est principium libri de morte & uita: ex præfatis in fine de inspiratione positis accommodate subsequitur. Cū. n. animal calido in initio suæ generationis in seruo: refrigerio indigeat: tali autem refrigerio uel passione facta in membro refrigerationi subseruiente: uel senectute nimia offendente necessario tandem carere oporteat: huius aut carentia mors sit. ex iis ergo sequitur mortem sicuti est & uita omnibus cōtem esse animalibus. Ecce igitur quod recto ordine traditis iam causis refrigerii animalis: & modis pro uitæ eorum conseruatione: post hæc naturali processu tandem in calce libri: suppositis refrigeriū duabus destructibus causis: quibus mors subsequitur: mox principium tractatiōis de morte subintulit. Hæc igitur oīa nobis clare demonstrant librum de inspiratione mox præcedere ad eum qui de morte & uita. quare liber de langore ac sanitate nullatenus inter librum de longitudine uitæ & eum qui de morte ponendus est. & cum de eo similiter agendum sit sicut de morte & uita quare post eum qui de morte & uita ponendus est. Indicat etiam hoc id quod in principio de iuuentute sic scribitur (De iuuentute autem & senectute & morte & uita nunc dicendum, simul autem & de respiratione necessarium fore causas dicere) tradere enim de respiratione simul cum iuuentute & morte est ipsam in medio utriusque tanquam conterminam pertractare. si enim quid interponatur tractatio illorum tuum simul esse non poterit. Neque putandum est iis quæ in superioribus demonstrata sunt: ea contraria esse quibus in fine de longitudine ac breuitate uitæ post pertractatorum collectionem proponendo sic scriptum fuit (Reliquum autem nobis cōsiderare de iuuentute & senectute & uita & morte. iis enim determinatis finem utique habebit quæ de animalibus methodus) neque illa quæ in fine illius qui est de morte & uita sic scribuntur) De uita quidem igitur & morte & de cognatis huius speculationis fere dictum est de omnibus.) quæ quidem collectio in latinis libris ultima pars esse reperitur eius qui de morte & uita per superiora enim post longitudinem ac breuitatem uitæ ultra iuuentutem & senectutem mortem & uitam nihil superesse uoluit tractandum: nisi forte id quod in principio eiusdem libri cum morte & uita proposuerat se tractaturum: scilicet langorem & sanitate. de quibus hic in fine nihil proponit ex quo in principio de iisdem proposuerat. cum dixerat. (De somno quidem igitur & uigilia dictum est prius de uita autem & morte dicendum posterius similiter autem & de langore & sanitate & cætera.) His igitur determinatis: scilicet iuuentute, & senectute & morte & uita: & iis de quibus in principio dictum fuerat similiter posterius esse tractandum: scilicet langore & sanitate: iam methodus de animalibus finem habebit. illud enim (iis determinatis & cætera) non tollit ea esse tractanda quæ prius proposuerat se tractaturum. neque prohibet aliqua posse pertractari inter iuuentutem & mortem: scilicet respirationem & inspirationem. quæ quis hic non proponantur: mox tamen in principio libri de iuuentute & senectute proposita fuerint esse tractanda. cum dicebatur (De iuuentute autem & cætera) Superior ergo Aristotelis sermo ueritati superius demonstratæ minime contrarius est. Neque etiam illud obstabit quod in naturæ processu langor. & sanitas mortem præueniant. languidum enim animal nondum mortuum est. sed uiuit adhuc. Concedimus equidem morbum ac sanitatem præcedere mortem: & hac de causa si langor. & sanitas a natura sola absque artis iuuamine semper euenirent: nec artificis manu quoquo pacto indigerent: profecto ante mortis libellum diffinita fuissent. Cæterum cum ipsæ ambæ res sæpe artificio prodeant in lucem:

LIBER PRIMVS

nec omniquaq; naturalia dici possint: nō ab re a puris naturalibus Aristoteles saltū quasi faciens: post mortē & uitam i cōtermino phisici ac medici medio: de langore ac sanitate quoad phisici interest accommodate diseruit. Hac de causa in fine de morte & uita si ibidem est illius libri finis: uel in principio de langore & sanitate. si ibidem liber de sanitate & morbo initiū suū habet recte sic scribit (De uita qdem igitur & morte & de cognatis huius speculatiōis fere dictum est de oibus) dixit autē (fere) quoniā si cognata uitæ & mortis ea sola sumantur q̄ a natura sola prodeunt: certe quacūq; huic speculatiōi attinēt iam expedita sunt. Si uero cognata uitæ ac mortis ea etiā telligant q̄ nō a sola natura p̄deunt sed arte etiam produci possunt: nō de oibus huic speculatiōi cognatis complete disputatū est. sed p̄ter dicta lāgor ipse & sanitas tractanda sunt. q̄bus expeditis iam medicus ipse suasumat uires. Huic libro respōdent de historiis ea q̄ in octauo post reuiuenscentiā de lāgoribus aīalium satis diffuse tradita sunt. cū scribitur (Fiunt autē aīalia prospere & nō in eisdem temporibus nec i oibus equæ exuperantiis. Valitudines enim & morbi p̄ tpa pro generū diuersitate uarie accidūt &c.) De quo langore & sanitate ipse Theophrastus in historiis plantarū. post iuuentutē & senectutē nō post mortem & uitam: ex causa superius dicta: merito egit. Et hæc satis sint de ordine eius q̄ de lāgore ac sanitate dicit. nunc autem sub breui quodam epilogo quacūq; singularim tractata sunt. hic paucis colligam.

Cōpendiosa recapitulatio numeri & ordinis partiū ac particularū totius phisicæ doctrinæ Ari. Cap. XVIII.
 Icimus igit q̄ doctrina phisica quinque partes habet. prima ē de naturæ principiis primis: & iis quæ naturalia fere oīa cōmuniter cōsequunt. & hæc primo tradita est in libro de phisico auditu. Alia pars ē de simplicibus motu locali motis. s. cœlo & elemētis quatuor: cū uia qua fit transitus ad Caduca in quantum talia. de primis agitur in libro de cœlo & mundo. de secundo in libro de generatione & corruptiōe. cuius partis ordo traditus est in principio tertii libri de cœlo & mundo. Tertia pars est demixtis inanimatis. de quibus agitur in libris metheorologicorum. per metheorologica cōphendendo ea ēt quæ lapides & metalla speciali doctrina a quibusdam tradita sunt. Quarta est methodus de aīalibus de qua in quatuordecim agitur libris. In uno de illis. q̄a sunt. s. in libro historiarū. i. tredecim: causas ingrendo i utrisq; tamen eadē: & eodē fere traduntur ordine. s. substantia siue essentia cum suis operationibus propinquis in prima parte. generatio i secūda. uita autē & mors etiam eius cognata i tertia parte. supadditis tandem lāgore & sanitate: puros naturalium limites egredientibus: & ad artificialia aliquatenus attingentibus. Essentiæ ps prior i ordine est materia siue aīalium partes. de qua in libro de p̄tib; i quatuor diuiso uolumina & i libro de partibus ad motum utilibus: qui secūsus ē: agit. post materiam i doctrinæ ordine ē forma. s. aīa. de qua i libro de aīa i tua diuiso agitur. post substantiam operationes aīali propinquæ sequuntur. prima est sensus de qua i libro de sensu & sensibili. secūda memoria de qua. i libro de memoria. Tertia est somnus & uigilia. de quibus i eo qui de somno & uigilia. Quarta est motus de quo i libro de motu. Huic primæ parti de historiis quatuor respondent primi libri. de qua prima pte duo sunt epilogi uniuersales unus i theoria causarum. s. i fine libri de motu. ubi sic scribit (De partibus qdē igitur uniuscuiusq; aīalium &c.) Alter i historiarum quinto. s. i principio libri epilogo priori correspōdens ubi sic scribit (exposui partes aīalium) generatio est secūda pars q̄ in libro de aīalium generatiōe tradit i quinque diuiso uolumina cui de historiis tres respōdent libri quintus sextus & septimus. de qua secūda parte cū tertia: duo ēt sunt epilogi unus i theoria causarum. s. circa finem tertiæ p̄tis i libro de morte & uita. ubi colligēdo uitam cū generatiōe: cōtinuauit dicens (Quid qdem igitur est generatio & uita & mors & pp̄ quas causas erunt aīalibus dictum ē) cui i principio octaui de historiis respōdet alter epilogus (generatio & reliqua aīalium natura ita se habet actiōes autē & uitæ p̄ moribus uictuq; differūt) Tertia pars. est uita cum morte & sibi cognata. addita sanitate & lāgore. nam cognata uita est longitudo ac breuitatis uite de quibus i eo agitur q̄ de causa longitudinis ac breuitatis uitæ dicit. cognata sunt etiam iuuenus & senectus de quibus secundo tractatur loco i primo libro. Tertiū est inspiratio ac expiratio. de quibus i libro de inspiratiōe. Quarto est mors & uita. de quibus est tractatio i libro de morte & uita qui ultimus est eorū q̄ a sola natura p̄cedūt aīaliū. Quinto ac ultimo ē lāgor & sanitas q̄ sunt operationes non naturæ solius. sed artis quoq;. & ac de cā i cōfinio phisici q̄ naturalia speculat: & medici q̄ ea q̄ a natura scā sunt: licet suffragio artis subministratis: tāq; cōterminæ phisici & medici ponēdæ sunt. cui de historiis ps ea. s. q̄ prior ē octaui libri sibi correspōdet. Quia ps ea ē q̄ de plātis. de q̄ Theophrastus & historias & causarū theoriā: Aristotelis tractationē de aīalibus imitādo: diffuse tractauit. Hæc quinque p̄tes uniuersali ordine i principio libri metheororum ordinatæ sunt ab Aristotele. particularū uero harū quinque p̄tū ordo i superioribus suis locis pp̄riis demonstratus est. Et hæc satis sint de cōpēdio eorū q̄ sup̄ius de numero & ordine p̄tū ac librorū doctrinæ phisicæ Aristotelis diffuse demonstrata sunt. de plātis. n. q̄ sub quāta cōtinent p̄te. q̄ sequant in doctrinæ ordine ad aīalia: partim in superioribus traditum ē: partim etiam usq; ad sufficientiam in secundo libro. in quo de erroribus disputaturi sumus: clarissime demonstrandum est.

Collectio compendiosa certi ac specificati numeri librorum ac uoluminum doctrinæ phisicæ Aristotelis. & de solutione duarum ambiguitatum. Caput. XVIII.

Ortus phisicæ doctrinæ Ari. librorū numerus ē duo de uiginti quoq; nōnulli i plura distinguūt uolumina ita ut uoluminū oīum numerus sit q̄draginta & nouē: aut quinquaginta si decimo addiciat ei q̄ ē de historiis. de quo statim disputabimus. Sunt autē hii. de phisico auditu unus. in octo diuisus uolumina. de cœlo & mundo unus: i quatuor. de generatiōe & corruptiōe unus: i duo diuisus. Metheorologia unus: i quatuor distributus uolumina. cui tertio libro nōnullæ aliorū. s. Theophrasti græci: & arabū: & latinorū i particulari magis d̄ inaiatis plene mixtis cōscriptiōes anectēdæ sunt. q̄ oīa sub metheorologia iuxta Aristotelis sententiam senioribus conscientis: cum ab eodem principio fiant: compræhendi debent de historiis unus in nouem diuisus uolumina. aut secundum quosdam in decem. quoniam decimum apposuerunt. dicentes eū fuisse Aristotelis opus. Et hic de